

fidem ipsorum, Deum et eius justitiam habendo pre oculis, odio, fauore, amore, timore et pretio postpositis, si premissa conquesta, et querimoniam suo modo in toto vel in parte investigaverint, factaque so otunc ad talem, contra quem ipsam querimoniam in ipsa sede coram judiciali curia nobis et dictis nostris Vicebanis, Comitibus vel Vicecomitibus, et dictis nobilibus ac Judicibus nobilium sepefatis porrecta fuerit, ad domum suam accedere, et eundem, aut ipso absente Dominam Consortem ayuodas ac aut uilicos, quos reperire potuerint, in eo amonere debeant, ut ipse talis facti potentia perpetrati, super dampnis, aut terris et novis possessionum occupationis dicti domini Regis factis, juxta adjudicationem, commissionem et deliberationem prefatorum Comitum dicum nobilium pro tunc inibi existentium ipsi querulanti et querimoniam promouenti omnimoda satisfactione coram eisdem impendere debeant et teneantur; qui si fecerint, bene quidem, alioquin iidem Comites et dicti nobiles Regni adminus qua octauis in sedem venientes se penes fidem eorum suo modo fateri et recitare debeant et teneantur, annotatum vero talem, qui prefata facta potentiaria perpetrasset, et suo modo juxta antedictorum commissionem Comitum ac nobilium Regni et Judicum nob potencie convictum facere, et agrauatum in ipsa sede denuncient, pronuncient et adjudicent, ac super huiusmodi adjudicatione nos vel Vicebani nostri, Comites vel Vicecomites litteras sententionales emanari facere, et parti .. lese non plus nisi vnum florenum aureum dare teneantur, de paribus autem primis dispositionis solum centum denarios recipere possint, et non plus; Nos quoque vel Vicebani nostri et Comites, ac que pronunciatas fuerit vniversas possessiones, et portiones possessionarias ipsum proprie concernentes, in dictis Comitibus existentes, occupare et conservare, adjudicatoque leso, et querulanti prius ampnis, et rebus ablatiis, mutilatoribus, sanguinis efusoribus, ac hominum interfectoribus, detentoribus, tormentatoribus, verberatoribus et quorumcunque malorum generis perpetratoribus, vel propter eisdem possessionibus et proventibus eorundem satisfactionem omnimodam impendere, possessiones autem et jura possessionaria ipsius conuicti cum consuetis proventibus prout, et quemadmodum per ipsum Serenitate sibi de remedio, et gratia prouideret opportuno, hoc in premissis adiecto, quod si annotati Vicebanus, Comites vel Vicecomites, nobiles Regni ac Judices nobilium repererint, extunc super illum, contra quem ipsa querimonia porrecta fuerit, tres marcas denariorum nouorum, ex quibus una Comiti et alia nobilibus Regni, ac tertia Judicibus nobilium, ubi autem premis nominatos perpetrata fore non repererint, extunc super talem querulantem ipsas tres marcas extorquere ualeant atque possint, et ubi annotati nobiles Regni in ipsa sede in dictis octauis ex ac satisfactionis complementum deputati cum dicto Comite, et Judicibus nobilium ad premissa perficienda accedere noluerit vel noluerint, dempto casu, si alter ipsorum quibusdam aliis suis negotiis arduis, ac infirmitate occupatus aut fienda sibi credibiliorem aut propinquiorem ad premissa deputare et destinare sit obligatus, et si premissa adimplere seu perficere recusaret, extunc talis ex dictis nobilibus in viginti quin-